

plane intercessisse miraculum. Quod mihi semper placuit, et certe, ut vides, hoc inter Elisei miracula numeratur.

VERS. 42. — VIR AUTEM QUIDAM VENIT DE BAALSALISA (1), DEFERENS VIRO DEI PANES PRIMITIARUM. — En aliud miraculum factum, opinor, sub hoc ipsius tempore, quia si qua est agrestis cucurbitæ opportuna maturitas, tunc iudicari potuit matura, quando matura est falci messis triticeæ. Et igitur tempore cum gravis esset fames in Israël, hanc mentem dedit Deus viro cuidam pio, qui habitabat in Baalsalisa, ut Elisei, et eorum, quorum ille curam susceperat, quos alobat ut filios, et ut magister ad pietatem informabat, necessitati subveniret. Quibus dedit ex primis frugibus, quas eo ipso tempore messuerat, panes, nempe hordeaceos et frumentum novum, quod primum ex triticeâ messe perceperat, in perâ, grana puto, neque magnâ, ut apparet, mensurâ, quia in perâ non multum portari frumentum potest. Ubi Volgatus *peru*, Hebr. est, *de siclono*, quod multi reddunt, *in rantiâ suâ*, et eorum non pauci interpretantur, *in foliatis visis*, quasi dicant: Attulit spicas frumenti, grana videlicet in spicis, nondum excussa atque purgata. Et quidem vox Hebr. *carmel*, pro quâ interpres noster reddidit, *frumentum novum*, spicas significat plenas atque

(1) BAALSALISA, urbis est in finibus Diospolens, ab eâ distans 15000 passibus, septentrionem versus, in regione Thamnitiâ. Hoc docent Eusebius et S. Hieronymus; quod difficultatem aliquam exhibet, cum Thamma, unde nomen regioni Thamnitiæ, jaceret inter Diospolim et Hierosolimam in tribu Dan, isdem auctoribus, adeoque ad meridiem, quâ vergit ad orientem, Diospolens. Ita ergo accipiendus est Eusebius: Baalsalisa jacebat ad meridiem, et 15000 passibus à Diospoli in regione Thamnitiâ, et ad septentrionem Hierosolymæ. (Calmet.)

CAPUT V.

1. Naaman, princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum et honoratus: per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ: erat autem vir fortis et dives, sed leprosus.

2. Porrò de Syriâ egressi fuerant Iatroneuli et captivam duxerant de terrâ Israël puellam parvulam, quæ erat in obsequio uxoris Naaman;

3. Quæ ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samariâ! profecto curasset eum à leprâ quam habet.

4. Ingressus est itaque Naaman ad do-

virèntes, ut constat Levit. capite 2, vers. 14; ubi eandem vocem noster interpres spicam reddidit virentem. Neque ab hoc sensu videtur abisse Volgatus, quia *pera* folliculæ etiam significare potest, ubi clauduntur grana. Et licet superiorem explanationem non improbem, hanc tamen improbare non audeo, quia in eam prior est textus Hebraicus, et in hanc omnes penè translationes aliæ propendunt; neque Vulgata respuit. Spicas autem illas virentes et plenas torrere potuerunt prophetarum filii, et ex illis sibi facere potentiam; quæ in deliciis erat olim Hebrais, de quibus nos plura lib. 1 Reg. cap. 17, ad v. 17. Quomodo verò hordeacei panes in usu fuerint apud Hebræos, neque illi viles haberentur, aut insulsi, diximus alibi.

VERS. 43. — DA POPELO UT COMEDAT; HÆC ENIM DICIT DOMINUS: COMEDENT, ET SUPERERIT. — Pro tantâ multitudine perpauci videlicet viginti panes hordeacei, et framenti modicum excussi ex folliculis, aut adhuc in spicis inclusi. Atque idem qui jussus est hæc dispensare multitudini, dixit: Quantum est hoc, ut apponam centum viris? Sed de tennis illius pennis augmento non dubitabat Eliseus, qui à Domino acceperat non modò satis, sed etiam superfluum esse quod illam multitudinem ad satietatem usque cibaret. Quod ita plane accidit: nam cum omnes relecti forent abundanter, non tamen exigua fuerunt, quæ ex illo convivio superflue reliquæ. Est autem verisimile benedixisse panibus Eliseum, sicut Christus fecit Joan. 6, et post benedictionem, illud accepisse panes incrementum. Disputant alii quomodo istud miraculum acciderit, quam ego quæstionem prudens omitto, quia neque multum refert illam expediri, neque aliquid certum affirmari potest.

CHAPITRE V.

1. Naaman, général de l'armée du roi de Syrie, était un homme puissant et en grand honneur auprès du roi, son maître, parce que le Seigneur avait sauvé par lui la Syrie; il était vaillant et riche, mais lépreux.

2. Or, quelques voleurs étant sortis de Syrie avaient emmené captive une petite fille du pays d'Israël, qui servait la femme de Naaman.

3. Cette fille dit à sa maîtresse: Pût à Dieu que mon seigneur eût été trouver le prophète qui est à Samarie! il l'aurait sans doute guéri de sa lèpre.

4. Sur cela, Naaman se rendit auprès de son maître, et lui dit: Une fille d'Israël a dit telle et telle chose.

minum suum, et nuntiavit ei, dicens: Sic et sic locuta est puella de terrâ Israël.

5. Dixitque ei rex Syriæ: Vade, et mitam litteras ad regem Israël. Qui cum profectus esset, et tulisset secum decem talenta argenti, et sex millia aureos, et decem mutatoria vestimentorum,

6. Detulit litteras ad regem Israel, in hæc verba: Cum acceperis epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naaman servum meum ut eures eum à leprâ suâ.

7. Cumque legisset rex Israel litteras, scidit vestimenta sua, et ait: Numquid deus ego sum, ut occidere possim et vivificare, quia isle misit ad me ut eurem hominem à leprâ suâ? animadvertite, et et videte quòd occasiones quærat adversum me.

8. Quod cum audisset Eliseus, vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? venit ad me, et sciat esse prophetam in Israël.

9. Venit ergo Naaman cum equis et curribus, et stetit ad ostium domus Elisei.

10. Misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens: Vade, et lavare seplies in Jordane, et recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.

11. Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quòd egredieretur ad me, et stans invocaret nomen Domini Dei sui, et tangeret manu suâ locum lepræ, et curaret me.

12. Numquid non meliores sunt Abana et Pharphar, fluvii Damasci, omnibus aquis Israel, ut laver in eis et munder? Cum ergo vertisset se, et abiret indignans,

13. Accesserunt ad eum servi sui, et locuti sunt ei: Pater, etsi rem grandem dixisset tibi propheta, certè facere debueras: quantò magis, quia nunc dixit tibi: Lavare, et mundaberis?

14. Descendit, et lavit in Jordane seplies juxta sermonem viri Dei, et restituta est caro ejus sicut caro pueri parvuli, et mundatus est.

15. Reversusque ad virum Dei cum universò comitatu suo, venit, et stetit coram

5. Le roi de Syrie lui répondit: Allez, j'écrirai pour vous au roi d'Israël. Il partit donc, et il prit avec lui dix talents d'argent, six mille écus d'or et dix habits neufs,

6. Et porta au roi d'Israël la lettre du roi de Syrie, laquelle était conçue en ces termes: Lorsque vous aurez reçu cette lettre, vous saurez que je vous ai envoyé Naaman, mon serviteur, afin que vous le guérissiez de sa lèpre.

7. Le roi d'Israël ayant lu cette lettre, déchira ses vêtements, et dit: Suis-je un Dieu pour pouvoir ôter et rendre la vie? pourquoi m'envoyer ainsi un homme, afin que je le guérisse de sa lèpre? Vous voyez que ce prince cherche seulement des prétextes contre moi.

8. L'homme de Dieu, Elisée, ayant appris que le roi d'Israël avait déchiré ainsi ses vêtements, lui envoya dire: Pourquoi avez-vous déchiré vos vêtements? Que cet homme vienne à moi, et qu'il sache qu'il y a un prophète dans Israël.

9. Naaman vint donc avec ses chevaux et ses chariots, et se tint à la porte de la maison d'Elisée.

10. Et Elisée lui envoya une personne pour lui dire: Allez vous laver sept fois dans le Jourdain, et votre chair sera guérie et deviendra nette.

11. Naaman, tout fâché, commençait à se retirer, en disant: Je croyais qu'il viendrait me trouver, et que, se tenant debout, il invoquerait le nom du Seigneur, son Dieu, qu'il toucherait de sa main ma lèpre, et qu'il me guérirait.

12. Navons-nous pas à Damas les fleuves d'Abana et de Pharphar, qui sont meilleurs que tous ceux d'Israël, pour aller m'y laver et me rendre le corps net? Comme donc il avait déjà tourné le visage, et qu'il s'en allait tout indigne,

13. Ses serviteurs s'approchèrent de lui, et lui dirent: Père, quand le prophète vous aurait ordonné quelque chose de bien difficile, vous auriez dû néanmoins le faire: combien donc devez-vous plutôt lui obéir lorsqu'il vous dit: Allez-vous laver, et vous deviendrez net?

14. Il descendit et se lava sept fois dans le Jourdain, selon que l'homme de Dieu le lui avait ordonné; et sa chair devint comme la chair d'un petit enfant, et il se trouva guéri.

15. Après cela, il retourna pour voir l'homme de Dieu avec toute sa suite; et il vint se pré-

eo, et ait : Verè scio quòd non sit alius Deus in universà terrà nisi tantum in Israël : obsevo itaque ut accipias benedictionem à servo tuo.

16. At ille respondit : Vivit Dominus, ante quem sto ! quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitens non acquievit.

17. Dixitque Naaman : Ut vis ; sed obsecro, concede mihi servo tuo ut tollam onus duorum burdonum de terrà ; non enim faciet ultra servus tuus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi Domino.

18. Hoc autem solum est de quo deprecaris Dominum pro servo tuo : quando ingredietur dominus meus templum Remmon ut adoret, et, illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoseat mihi Dominus servo tuo pro hâc re.

19. Qui dixit ei : Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tempore.

20. Dixitque Giezi puer viri Dei : Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo que attulit, vivit Dominus ! quia curram post eum, et accipiam ab eo aliquid.

21. Et secutus est Giezi post tergum Naaman. Quem cum vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum ejus, et ait : Recte sunt omnia ?

22. Et ille ait : Rectè. Dominus meus misit me ad te,iciens : Modò venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraïm, ex filiis prophetarum ; da eis talentum argenti et vestes mutatorias duplices.

23. Dixitque Naaman : Melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, et duplicia vestimenta, et imposuit duobus pueris suis, qui portaverunt coram eo.

24. Cumque venisset jam vesperi, tulit de manu eorum, et reposuit in domo, dimisitque viros, et abierunt.

25. Ipse autem ingressus stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus : Unde venis, Giezi ? Qui respondit : Non ivit servus tuus quòquam.

26. At ille ait : Nonne cor meum in

sciter devant lui, et lui dit : Je sais certainement qu'il n'y a point d'autre Dieu dans toute la terre que celui qui est dans Israël : je vous conjure donc de recevoir le présent que votre serviteur vous offre.

16. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur, devant lequel je suis présentement ! je ne recevrai rien de vous. Et quelque instance que fit Naaman, il ne voulut jamais se rendre.

17. Et Naaman lui dit : Selon votre volonté ; mais je vous conjure de me permettre d'emporter la charge de deux mulets de la terre de ce pays ; car à l'avenir votre serviteur n'offrira plus d'holocauste ou de victimes aux dieux étrangers, mais il ne sacrifiera qu'au Seigneur.

18. Il n'y a qu'une chose pour laquelle je vous supplie de prier le Seigneur pour votre serviteur : lorsque le roi, mon seigneur, entrera dans le temple de Remmon pour adorer, en s'appuyant sur ma main, si j'adore aussi dans le temple de Remmon lorsqu'il y adore lui-même, que le Seigneur me le pardonne.

19. Elisée lui répondit : Allez en paix. Naaman se sépara ainsi de lui ; et il avait déjà fait une lieue de chemin.

20. Lorsque Giezi, qui servait l'homme de Dieu, dit en lui-même : Mon maître a épargné ce Naaman de Syrie, et n'a rien voulu prendre. Vive le Seigneur ! je courrai après lui, et j'en recevrai quelque chose.

21. Giezi s'en alla donc après Naaman ; et Naaman, le voyant courir vers lui, descendit promptement de son chariot, vint au-devant de lui, et lui dit : Tout va-t-il bien ?

22. Bien, répondit Giezi. Mon maître m'a envoyé vous dire que deux jeunes hommes des enfants des prophètes lui sont arrivés tout à l'heure de la montagne d'Ephraïm ; il vous prie de me donner pour eux un talent d'argent et deux habits neufs.

23. Naaman lui dit : Il vaut mieux que je vous donne deux talents. Et il lui fit des instances pour les accepter ; et, ayant mis les deux talents d'argent et les deux habits dans deux sacs, qu'il lia, il en chargea deux de ses serviteurs, qui les portèrent devant Giezi.

24. Le soir étant venu, il les prit de leurs mains, et les serra dans sa maison, et renvoya ces gens, qui s'en retournèrent.

25. Giezi entra ensuite, et vint se présenter devant son maître. Et Elisée lui dit : D'où venez-vous, Giezi ? Giezi lui répondit : Votre serviteur n'a été nulle part.

26. Mais Elisée lui répondit : Mon esprit n'é-

présenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tui ? Nunc igitur accepisti argentum, et accepisti vestes, ut emas oliveta et vineas. et oves et boves, servos et ancillas :

27. Sed et lepra Naaman adhærebit tibi et semini tuo usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — NAAMAN PRINCEPS MILITIE REGIS SYRIÆ ERAT VIR MAGNUS (1). Aliud miraculum narratur ab Eliseo editum, quo apud externos illius nomen factum est illustre : quod ita perspicuè à sacro historico proponitur, ut non admodum necessarius videatur labor interpretis. Hic rex, cui Naaman operam navavit in acie strenuam et utilem, erat Benadad, qui bellum aliquoties gessit cum Achab rege Israël, et tandem, ut habes infra, cap. 8, ab Hazaele strangulatus interit. Hic autem erat potens et magno in pretio habitus à rege, quia inter alia nomen in regem illustra, illud erat non ultimum, quòd regem Achab suâ manu occidisset in eo bello, de quo lib. 3, cap. 22, ut putat Rabb. Salomon, quâ fide, ipse viderit. Sed gratiam illam apud principem, et apud Syros gloriam singularem obscurabant et fœdabant ulcera, quæ tanti viri corpus, et cruciabant acerbè, et miserandum in modum deformabant. Casu didicit ab ancillâ, quam captivam egerat è terrâ Israëlità, fieri posse ut propheta operâ, cujus tunc erat celebre nomen in Israël, à leprâ mundaretur. Quare litteras obtinuit à rege suo, quæ regi Israël, qui tunc erat Joram, leprosi servi commendabant causam : petebatque ut eum à fœdâ illâ infirmitate mundatum in patriam remitteret. Quæ litteræ magnum Israël regi sollicitudinem et metum incusserunt. Putabat enim occasionem captare Syrum, et colorem, ut honestè bellum videretur inferre regi, à quo id quod per litteras orârat, non obtinisset. Sed liberavit illum Eliseus ab eâ perturbatione et metu, cum diceret in Israele esse prophetam, à quo Syrus ille leprosus sanitatem obtinere posset, cujus gratiâ illuc usque pervenerat. Cumque rectâ ad Elisei domum accessisset, à quo didicerat sperari posse sanitatem, jussus est per nuntium antequam ad prophetæ conspectum pervenisset, ut si vellet à fœdâ illo atque molesto

(1) Historiam hanc Naamani, quâ de causâ incertum, Josephus omisit. (Calmet.)

taut-il pas avec vous, lorsque cet homme est descendu de son chariot pour aller au-devant de vous ? Vous avez donc reçu maintenant de l'argent et des habits, pour acheter des plants d'oliviers, des vignes, des bœufs, des brebis, des serviteurs et des servantes ;

27. Mais aussi la lèpre de Naaman s'attachera à vous et à toute votre race pour jamais. Et Giezi se retira d'avec son maître tout couvert d'une lèpre blanche comme la neige.

ulcere mundari, septies in Jordane flumine corpus ablueret, neque de promissâ ac speratâ munditie dubitaret. Hæc aperta sunt, paucula tamen exponenda.

VERS. 2. — EGRESSUS FUERANT LATRUNCULI (1). (1) Quelques voleurs étant sortis de Syrie, emmenèrent captive une petite fille du pays d'Israël, qui servit depuis la femme de Naaman. Cette fille dit à sa maîtresse : Pût à Dieu que mon Seigneur eût été trouver le prophète qui est à Samarie ! il l'aurait sans doute guéri de sa lèpre. Cet exemple, comme plusieurs autres de l'Écriture, nous fait voir que beaucoup de choses sont regardées dans le monde comme étant de purs effets du hasard, qui ne le sont pas néanmoins à l'égard de Dieu, dont l'éternelle Providence preside à tout, et tire des choses mêmes les plus communes de grands avantages pour le salut des élus. Si l'on regarde, en effet, avec des yeux de païen, ce qui se passa alors, on n'y trouvera qu'un événement fort simple et fort ordinaire. Des voleurs sortis de Syrie viennent piller le pays des Israélites. Ils en enlèvent une petite fille captive. Cette jeune fille est vendue et devient l'esclave d'un des grands seigneurs de Syrie, qui la donne à sa femme pour la servir. Ce fut ainsi que Joseph étant vendu à des marchands Ismaélites, et depuis à un grand seigneur d'Égypte, devint son esclave. Mais si l'on regarde ces mêmes événements avec les yeux de la foi, on reconnaîtra que comme Dieu sut tirer de la malice des enfants de Jacob, qui avaient vendu leur frère Joseph, un aussi grand avantage qu'était celui de rendre ce Joseph même le sauveur tant de l'Égypte que de son père et de ses frères, il se servit de la même sorte de la mauvaise volonté de ces voleurs de Syrie, qui emmenèrent captive une jeune fille israélite, pour procurer à Naaman, général des armées du roi, le plus grand bonheur qui put lui arriver, qui était celui de la connaissance de sa lèpre, et encore plus de la guérison du vrai Dieu. Cette vue est tellement attachée à la lettre de l'Écriture, que ce serait même s'en écarter en quelque sorte que de ne la pas avoir, puisque l'auteur de ces livres saints ne joint ensemble ces deux circonstances de la captivité de cette petite fille et de la guérison miraculeuse de Naaman, qu'afin sans doute de nous donner lieu d'y faire cette importante réflexion. Saint Ambroise, recherchant la figure dans la lettre, dit que cette fille captive figurait l'Église des gentils, plus jeune, c'est-à-dire plus nouvelle que celle des Juifs. Elle

Latrones non solum dicuntur, qui aliena furantur, sed etiam qui arma tractant, et illi precipue, qui ad militarem operam concedere ducuntur, qui etiam diminutiva forma latroneum vocantur. Quales vocantur Ammonites, Moabites, Syrii, Babylonii, et qui variis incursionibus aggressi sunt gentem Israeliticam, et illius terminos hostiliter populati. De quibus infra, cap. 24: *Inmisit ei (nempe Joachim) Dominus latrones Chaldeorum, et latrones Syrii, et latrones Moab, et latrones filiorum Ammon, et immisit eos in Judam, ut disperderent eum.* Neque alienum est a Latinorum usu, ut milites etiam latrones appellentur. Ita Festus et Servius ad illud Virgilii. lib. 12:

Ficunque latrons

Impavidus frangit telum, et frenat ire cruento.

De quibus etiam Plautus in Milite glorioso actu 4, scena 1, ad finem:

Nam rex Seleucus me opere oravit mazamo;

Ut sibi latrones cogere et conscriberem. (1)

VERS. 5. — QUI CUM PERFECTUS ESSET, ET TULISSET SECUM DECEM TALENTA ARGENTI, ET SEX MILLIA AUREOS, ET DECEM MUTATORIA VESTIMENTORUM. Hæc omnia secum attulit leprosus ille princeps, ut impensum sibi à prophetâ salutis

était captive, dit ce saint évêque, non d'un captivité ordinaire, comme est celle de ceux qui sont seulement esclaves des hommes; mais d'une captivité beaucoup plus terrible, qui est celle du démon, lequel domine avec un empire tyrannique sur tous les pécheurs. *Captivus erat populus nationum, non dico captivitatem sub hoste aliquo constitutum, sed eam captivitatem dico quæ major est, quando diabolus cum suis sevo dominatur imperio, et captiva sibi colla subijcti peccatorum.* Cette Eglise donc, auparavant captive, mais devenue libre par la grâce, donne conseil à tous ceux qui sont, comme Naaman, encore engagés dans la lèpre, ou du paganisme, ou de l'hérésie, ou du péché, et les invite à recourir aux prophètes du Seigneur pour être guéris. Que s'ils sont plus sourds que ce général d'armée, qui écoute aussitôt le conseil qu'on lui donnait, et qui mérita de trouver dans la guérison de son corps celle de son âme, on peut dire qu'il s'éleva un jour aussi bien que la reine du Midi, pour les condamner dans le jugement de Dieu d'avoir été moins sensibles à la voix de Jésus-Christ même, qu'il ne le fut à celle d'une jeune fille et d'un prophète. (Sacy.)

(1) PERFECTO CRASSIUS EUM A LEPRO, HEbraicus: *Collegisset eum à lepro suâ.* Ex quo interpretes nonnulli colligunt, Naamanum tunc exclusum fuisse ab aula, quippe qui vitio illo affectus, adesse cum cæteris vereretur. Sed præstat verbum illud colligere usurpare pro admittere, tollere, auferre. Est lepra morbi genus, cujus sublati perseverantis indicium sunt externa quedam signa, ab eodem morbo parva vel ablata. (Calmet.)

beneficium compensaret. Usque adeo cupiebat ab illo feudo atque odioso morbo libertatem. *Mutatoria vestimentorum.* Est qui putet mutatoria vestimentorum, seu, quod idem est, *mutatorias vestes*, pontificis esse, quia illa communis, sed statim à sacerdote, peracto sacrificio, deponerentur. Quod ex eo conjectat, quia Zachar. cap. 3, v. 4, indutus fuisse traditur Jesus sacerdos mutatoris. Ita in eo loco Montanus. Sed sanè neque Naaman secum pontificis attulerat vestes, neque Dens cum à filiabus Sion ablatum se minatur mutatoria, Isai. cap. 3, de cultu agit, instructuque pontificis. Sunt itaque mutatoriae vestes, mundæ et laicæ, quibus homines in splendidi utuntur fortunâ festisque diebus, et mutant, cum profestis diebus ab otio atque elegantia se rursus ad laborem expediunt. (1)

(1) VERS. 6. — *UT CURES EUM A LEPRO, ut cures eum à lepra liberari per prophetam, quem audio apud te esse thannaturam.* Nec enim rex noverat Eliseum, ideoque non ad eum, sed ad regem Israel sibi notum scribit, ut per Eliseum curet Naaman sanari.

(Corn. à Lap.)

VERS. 7. — *NEMQUID DEUS EGO SUM, UT OCCIDERE POSSIM ET VIVIFICARE?* Gravissimum habebatur lepræ morbus, non dolore tantum, quo angebat, sed quod etiam insanabilis habereetur crederetur in dies, ea depasceret corpus, ut interdum paulatim singulas partes enecaret, donec valetudine penitus eversa, mors sæva et acerbâ unidique totum corpus obliteret. Cum Maria soror Moysi alliceretur leprâ, eundem Moysen rogabat Aaron: *Obsecro ne fiat hæc quasi mortua, seu cadaver, et ut abortivum quod projicitur de vulvâ maris sua; ecce jam medium carnis ejus devoratum est à lepra.* Ponam illam, quam Isaias Sobnæ denuntiavit, de lepra exponendam censuit Gregorius: *Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittit te in terram latam et spatiosam: ibi morieris.* (Calmet.)

VERS. 10. — *MISTIQUE AD EUM ELISEUS MUNITUM.* Cur ipse Eliseus non ixit ad Naaman, ut eum quasi principem honorificè exclipret? — Respondent primo Theodor. et Procop. quod legis adeo studiosus esset Eliseus, ut in mundi quidem hominis aspectum, multo minus contactum ferre vellet, ut scilicet intelligeremus, quam eorum mores et consuetudinem detegere oporteat, quos graviorum scelerum invidialis et hæresos lepra inquinat.

Secundo, et verè, ut ostenderet se ab aula et aulicis abstractum, Deo soli quasi religiosum vacare, ideoque parvi facere principum præsentiam, famulos, equos et pompam, quæ mundum admiratur. Non ergo id fecit ex superbia, utpote qui non solum se conspici, sed teneri etiam à muliere permisit, cap. 4, ait S. Greg. 7, Mor. c. 13, qui et sub initium capituli celestium animi in Eliseo simulibusque celestium deprædicans, ait: *Cuncta quippe quæ foris eminent, oculis eorum obtutibus*

VERS. 11. — *POTAL M QUOD EGREDERETUR AD MÈ, ET STANS INVOCARET NOMEN DOMINI DEI SUI, ET TANGERET MANU SUA LOCUM LEPRÆ.* Non unius Naaman hoc est vitium, sed omnium ferme potentium, qui ac si suæ voluntati subjecta vis et ordo nature, sive spirituali, sive corporali morbo laborent, præscribunt tam spirituali quam corporali medico, quem tenere debeant curationis modum: neque patienter ferunt, si aliter atque ipsi capiunt medicinam adhibeant. Et nonnunquam magno suo malo illorum molliori voluntati, seu puellari libidini obsequuntur medici, qui cum à severiori medicinâ abstinent, corpus alii, animam alii, languentis perdunt, quæ servassent omnino, si arti suæ potius quam ignavorum et mollium voluntati paruisset. Laborabat Naaman homo potens leprâ, et eâ fortasse, quæ graviter cruciat, neque ullam medicinam habet, quæ sit salutaris, nisi quæ dolorem faciat vehementem: et cum tantus esset morbus, modum ipse secum excogitât medicinæ, faciliem nempe, quique nihil ipsi molestiæ esset allaturus. Sic enim secum ipse meditabatur, totum illud negotium agendum esse precibus, et ubi res esset durior, tangendam ulcerosam corporis partem prophetici manu, neque aliud expectandum esse præterea. At ubi audivit abluendum esse in Jordane septies, impatientis medicinæ de relictu cogitat in patriam; neque obsecutus esset prophete monitis, nisi servi, quibus majori erat curæ domini salus, ab eâ cogitatione revocassent.

« per despectum jacent. Nam super se interius et repti in alio animum figunt: et quæque in hæc vitâ patiuntur, quasi longè infra labentia atque à se aliena conspiciunt, atque, ut ita dixerim, dum mente extra carmen fieri de certant, penè ipsa quæ tolerant, ignorant. In horum profecto oculis quod temporaliter venient, altum non est. Nam velut in magni vertice montis sibi presentis vitæ gaudia plenè despiciunt, sequè ipsos per spiritalem et celestium transcendentem, subjecta sibi et metus vident, quæcumque per carnalem gloriam foris tument. Unde et nullis contra veritatem potestatis parent; sed quos et atollit per elationem conspiciunt, per spiritus auctoritatem præmutant. »

Sic S. Antonius salutatus à Constantino Magno per litteras, vix voluit respondere; respondit tamen coactus penè à discipulis, et quæ monita salutis dedit, teste S. Athanasio.

Terù voluit Eliseus miraculi et sanitatis future magnitudinem augere, dum per famulum internumtum illud peragit, ait Abulensis, Idem non contactu, sed solo verbo, ait auctor Mirabilium S. Scripture, lib. 2, c. 28.

(Corn. à Lap.)

VERS. 12. — *NEMQUID NON MELIORES SUNT ABANA, ET PHARPHAR FLUVII DAMASCI (1)?* Hi duo

(1) *Abana vel Amma* urbem percutat, ait Benjamin Tudelensis in Itinerario, cujus aquæ per canales distribuuntur in fora et loca publica et virorum principum vides. *Pharphar* propè urbem fluit, irrigatque vicinos hortos, eodem auctore. Sunt qui credant, *Abanam* ipsum esse *Orontem* et *Pharphar* *Chryssorhoam* Gabriel Sionita et Joannes Hezronita scribentem habent de amnis Abana et *Pharphar*, agrum Damascenum perluentibus. Amnis urbem permeans appellatur hodie pariter in litterariis *Tarfâr, Tarfaro, Fer, Pir, Orons, Farfaro.* Idem esse *Orontes* dicitur; sed *Orontes* et *Chryssorhoas* duo sunt annes diversi, quorum prior alluebat Antiochiam, alter Damascum. Narrat de *Chryssorhoâ* Strabo, aquas suas Damasco ita succiere, ut per varios dispersus canales totus ferme deliciat: sed *Orontes* amnis est non minimus, qui dicit per Syriam fluens, perluit Antiochiam, desinitque tandem in Mediterraneum. Damasci annem Stephanus appellat *Bardanim*; et Syri adhuc nuncupant *Barrady*, teste Mamdrille, qui accuratam ejus descriptionem exhibet, affirmatque pariter, nullum se vestigium in totâ regione Damascenâ nancisci potuisse nominum *Pharphar* et *Abana.* (Calmet.)

N'avons-nous pas à Damas les fleuves d'Abana et de Pharphar, qui sont meilleurs que tous ceux d'Israël? Ce seigneur de la cour de Syrie n'étoit point encore éclairé de la lumière de la foi, ne comprenait pas, comme le remarque saint Ambroise, que l'eau par elle-même n'avoit aucune vertu pour le guérir de sa lèpre, et qu'ainsi ce ne seroit ni l'eau du Jourdain, ni l'eau des fleuves d'Abana et de Pharphar, qui le guériraient, mais la grâce du Seigneur attachée à l'eau, dans laquelle on lui ordonnait d'aller se laver. Non aqua omnis sanat, sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi. C'est ce que ce Père entend proprement de l'eau du baptême, qu'il regardait comme ayant été figuré par l'eau du Jourdain, qui fut depuis consacrée par le baptême de Jésus-Christ. Il dit que le peuple des gentils, qui était lâpreux et tout plein de taches, avant qu'il fut baptisé dans le fleuve mystérieux de l'Eglise, a été purifié de toutes ces taches, tant corporelles que spirituelles, dans le sacrement du baptême, et est devenu comme une vierge toute pure, selon la parole de saint Paul. Naaman crut à la fin le conseil qu'on lui donna d'obéir à Elisee; il s'y soumit, il s'alla laver dans l'eau du Jourdain, et il fut guéri, dit le même saint, également et dans le corps et dans l'âme. Le Fils de Dieu nous fait remarquer dans la guérison miraculeuse de cet officier du roi de Syrie, quel était l'aveuglement du peuple Juif, qui demeurait comme insensible à ses grâces, lorsqu'un étranger venait, pour parler ainsi, ravir et sa grâce et son royaume au milieu d'eux. Il y avait, dit Jésus-Christ, plusieurs lépreux en Israël au temps du prophète Elisee, et néanmoins nul d'eux n'a su profiter, mais seulement Naaman, qui était de Syrie. Sur quoi saint Ambroise fait encore cette excellente réflexion: *« D'où vient, dit-il, qu'Elisee ne guérissais point ses frères et*

fluvii ad eam Damascenam civitatis proprii sunt, ut alter interfuit civitatem mediam, alter abluat muros, et circumjectos irriget civitatis campos. Sic in suo itinere Benjamin : « Abana, inquit, Damascum infuit, cuius aquæ per trabes in omnes magnatum domos, et aque etiam in forum et plateas deducuntur. Pharphar urbem ipsam præterfluit, et hortos et paradisosque omnes irrigat. »

VERS. 15. — PATER, ET SI REM GRANDEM DIXISSET TIBI PROPHETA. Patres illi dicuntur, qui nobis aut republicæ præsumt; unde qui res erant publicas, ut senatores, patres dicuntur conscripti; sic etiam reges, et quibus honor debetur et observantia. Apud Virg. lib. 12, Turnus Latinum regem patrem appellat, et apud poetas Jupiter, qui diis aliis præest, pater sapè deorum appellatur; et qui familiæ præest, pater vocatur familiaris; sic etiam servi Naaman dominum suum patrem salutant, sicut etiam Eliseus Eliam magistrum et dominum suum paulò ante patrem compellavit, dùm dixit cap. 5: Pater mi, curras Israel et auriga ejus.

VERS. 14. — (1) ET RESTITUTA EST CARO EJUS,

ses concitoyens, lorsqu'il guérissait des étrangers, sinon parce que la guérison est attachée à la volonté, et non au pays, et que les faveurs de Dieu sont données au désir du cœur, et non exigées comme un droit par la nature? Apprenez donc, ô Chrétien, ajoutez-t-il, à demander ce que vous souhaitez d'obtenir; car les grâces et les dons du ciel ne sont point pour ceux qui les regardent avec dégoût et avec froideur. *Disce, Christiane, rogare quod cupias impetrare. Fastidiosos viros celestium profectus numerum non sequuntur.* (Sacy.)

(1) DESCENDIT, ET LAVIT SEPTIES IN JORDANE. Cur septies et septenarius numerus, qui universalis numerus censetur, demonstraret omnia scelera capitalia, quæ septem numerantur, et in omne tempus, quod septem hebdomadæ diebus circumfertur, penitus ex animis eradicanda. Tertull., lib. 4 contra Marc. cap. 9, ait: « Quæ septem maculis capitulum et delictorum inhorrent. Quapropter septies, et quasi per singulos titulos, in Jordane lavit; et simul et ut totius hebdomadæ cameret explanationem, quia unus lavari vis et plenitudo Christo solè dicebatur, facturo in terris sicut sermonem compendiatum, ita et lavacrum. » Secundò, septies, ut significetur perfecta corporis et animi ablutio et sanitas; illa enim constat elementis quatuor, eorumque justà temperie producitur: hæc verò invocato S. Trinitatis nomine in baptismo peragitur. Ita Theodoret. et Procop. Tertio, septena lotio septem Ecclesiæ Christi sacramenta adumbrat, quibus omnis peccati lepra abstergitur: hæc ergo sunt quasi septem baptismata et abluiones animæ

SICUT CARO PUTRI. Non solum depulsus est morbus ille dirus et fœdus, sed omnis à corpore deformitas, imò et morbi vestigia, et antiquorum ulcerum argumenta, quod optimâ similitudine sacer exprimit historicus: in corpore enim pueri non est squamosa cutis, nulli apparent villicæ, nulla macula, nulla fœditas, quia nullum, ut plerùmque fit, antecessit ulcus, aut maligna qualitas, quæ notatam relinquit et maculatam carnem. Hic ego penitentiam optimam aliquod symbolum intueor, et divini lavacri ex Christi sanguine illustre miraculum. Fieri fortassè posset, ut Abana et Pharphar fluvii Damasci aliquid lepræ genus detergerent ab affecto corpore; id enim fieri posso docet Vallesius in suâ sacrâ Philosophiâ c. 58: « Descendere, inquit, in fluviolos aquarum vortices, plurimum facit ad eluendam omnem cutis immunditiam, atque sanandam omnem genus scabiæ. » At inveteratum gravius lepræ genus depellere, et omnes à corpore maculas elinere, et ad infantilis corporis munditiam adducere, Jordanis est opus, qui suo nomine et hæc mirabili lepræ curatione penitentiam sacramentum adumbrat. Est enim Jordanis, si illius notationem expendas, idem quod judicii flumen, seu descensio, quæ optima est penitentiam descriptio. Quid enim aliud est penitentia quam judicium quoddam conscientie, et illius severum examen, ad quod descendit qui peccatorum vult onus depone, et illorum penitus maculas detergere? Illud porrò judicii flumen sordes omnes diluit

ET MUNDATUS EST. Ecce hic est fructus simplicis obedientie. Sic Constantinus Magnus à leprâ purgatus est aquâ baptismi collati à S. Sylvestro, non vi aque, nec etiam vi baptismi præcisè (baptismi enim effectus est abluere peccata animæ, non lepram corporis), sed quia aqua hæc divine voluntatis et prophetice jussionis instrumentum fuit, ut ait S. Ambrosius.

Allegor. lotio Naaman in Jordane significat primò baptismum, qui lavat lepram animæ. Hic enim in Jordane, dùm Christus in eo baptizatus est, ad hoc quasi consecratus fuit. Secundò, penitentiam; Jordanis enim Hebr. idem est quod *fluvius judicii*, quod in sacramento Penitentia peragitur. Ita Angelum, Prosper et alii. Andri S. Ambr. lib. 4 in cap. 4 Luca: « Disce spiritualia sacramenta signari. » Corporis remedium petitur, mentis acquiruntur. Abluitur caro, affectus diluitur. Non enim magis corporis quam mentis lepram video fuisse mundatam, quando post baptismum veteris erroris colluvione detersa, negat se diis alienis hostias, quas sponderat Domino, litaturum. » (Corn. à Lap.)

et demergit, ita ut quod prius nauseam movebat, atque fastidium nusquam appareat. Dixit hoc perquam optimè Chrysostomus hom. 80 ad populum, ubi cum ageret de penitentia, docet qualiter Deus peccata penitentium delet: « Si sola, inquit, foret penitentia, jure timeres; sed postquam cum penitentia miscetur Dei misericordia, confide, quoniam tuam vincet nequitiam, etc. Ita delet peccata, ut nec eorum remaneat vestigium. In corpore quidem hoc non licet; quin etiã milles medicus elaborat, et imponat vulneri remedia, vulnus quidem tollit, cicatrix verò permanet, vulneris circumferens argumentum, aspectus deformitatem. Et licet in infirmo medicus contendat, non tamen cicatricem delere potest: ipsa namque nature repugnat imbecillitas, et artis impotentia, et vilissimæ medicamentorum. Deus autem cum delet peccata, neque cicatricem relinquit, neque permittit remanere vestigium; sed cum sanitate pulchritudinem quoque restituit, cum liberatione à penâ dat et justitiam, et prævaricationem non prævaricato similem reddit. Si namque infinita quis habens vulnera penitentiam egerit, et aliquid fecerit boni, sic ea Deus delet, ut neque cicatricem, neque vestigium, neque peccatorum ostendat indicium. » (1)

(1) VERS. 15. — OBSECO ITAQUE UT ACCIPIAS BENEDICTIONEM A SERVO TEO, scilicet munera que tibi attuli, v. 5. Hæc enim ab Hebræis vocantur, *benedictio*, quia signa sunt amoris et benevolentie. Adhæc, hæc *benedictio* est realis, idemque quod *benefactio*. Sic benedixit Deus est efficax, idemque quod benefacere.

Après cela, il retourna pour voir l'homme de Dieu avec toute sa suite, et il lui dit: Je sais certainement qu'il n'y a point d'autre Dieu dans toute la terre que celui qui est dans Israël. Des dix lépreux que le Fils de Dieu guérit, selon qu'il est rapporté dans l'Evangile, il n'y en eut qu'un qui revint trouver son bienfaiteur, et qui rendit gloire à Dieu, et celui-là était étranger. Il est vrai que nous ne voyons ici qu'un seul homme qui est guéri de la lepre par Elisée. Mais cet homme était aussi étranger, et il possédait la première dignité dans un royaume. Cependant la grâce de la guérison de sa lepre corporelle passa jusqu'à son cœur. Il reconnut dans un effet si miraculeux la toute-puissance de celui dont le prophète était le ministre. Ni ses richesses, ni le premier poste qu'il tenait à la cour du roi ne le purent empêcher de changer de religion, et d'embrasser celle du Dieu d'Israël. Il revient tout plein de reconnaissance trouver Elisée, pour lui déclarer qu'il reconnaît et qu'il est très-convaincu qu'il n'y a point d'autre Dieu dans toute la terre que celui qu'il adorait, et qu'il ne sacrifiera plus aux dieux étrangers, mais à

VERS. 17. — CONCEDE MIHI SERVO TEO UT TOLAM ONUS DUORUM BURDANUM (1); NON ENIM FACIET

lui seul. Quel est le bras qui put produire un changement si subit, sinon celui du Très Haut? *Hæc mutatio dextera Excelsi*. Et qui n'admire l'infinie miséricorde de Dieu, qui va chercher dans le milieu de la Syrie, et au milieu d'une cour, un des plus puissants du royaume, pour le guérir de la lepre spirituelle de l'idolâtrie, par la guérison de la lepre de son corps? Mais qui ne s'étonnera en même temps de voir qu'aujourd'hui dans le sein même de l'Eglise, plusieurs de ceux qui sont, non des étrangers, mais ses enfants, demeurent froids au milieu de tant de grâces qu'ils reçoivent tous les jours de la main d'un Dieu qui s'est fait homme et est mort pour eux? C'est peut-être ce que l'écriture a voulu nous figurer dans la suite par l'exemple de Giezi, dont nous parlerons bientôt. (Sacy.)

VERS. 16. — VITIT DOMINUS ANTE CURAS TUAS, QUIA NON ACCIPIAM, q. d.: Esto sim cum meis discipulis in summa egestate et paupertate, tamen juro me tua munera non accepturum, ut ostendam hoc miraculum non esse meum, sed Dei; utque illud me purè ex amore Dei, non ob munera patrasse demonstrum; utque tu discas servos Dei, non munera hominum, sed Dei ambire.

Idem fecit S. Hilarion. Andri quidò de Orione à legione demonum per eum liberato in ejus vita scribat S. Hier.: « Curatus, ait, cum uxore et liberis, venit ad monasterium plurimum, quasi gratiam redditorum, dona offerens. Cui sanctus: Non legis, inquit, quid Giezi, quod Simon passi sint; quorum alter accepit pretium, alter obtulit; ut ille venderet gratiam Spiritus sancti, hic mercaretur? Cuique Orionus flens diceret: Accipe, et da pauperibus, respondit: Tu melius potes tua dis-tribuere, qui per urbes ambulans, et nosti pauperes; ego, qui mea reliqui, cur aliena appetam? » Perfecta ergo sanctitas munera qualiter et quantaliter relutat, uti fecit Abraham Gen. 14, 22, de quo S. Ambrosius, lib. 4 de Abraham, cap. 3: « Quantum, inquit, est illud, quod de prædâ victoriam nihil voluit contingere, nec oblatum sumere? Minuit enim fructum triumphi mercedis susceptio, et beneficii arrodit gratiam. Plurimum enim refert, utrum pecunia an gloria dimicaverit. » Hinc à Deo audire meruit: Ego protector tuus sum et merces tua magna nimis, Genes. 15, v. 4; ubi S. Ambrosius citatus: « Quoniam, inquit, sibi mercedem ab homine non quaesivit, à Deo accepti. » Hinc Eliseus hic fuit typus Christi jubentis Apostolis: *Gratis accipite, gratis date*, ait S. August. serm. 208 de Tempore. (Corn. à Lap.)

(1) *Burdanum*, id est, *mularum*, ut veritè Chald., Sept., Vatabl., Pagnin, et alii. Hebr. enim *pered* est *mulus*, ac fortè à *pered* dictus est *burdo*, litteram P in vicinam labialem B commutando. Fit in Digest. lib. 52, t. 40, mentio *burdanum*, ubi malè Accursius loculos intelligit, qui Gallicè *bourdans* vocantur. Unde Cojaciensis lib. 11 Observat. cap. 46. *burdones* asserti esse *mulos*, qui manni et burici vocantur, genitè ex *asinò* et *equò*, vel *equo* et *asinò*, idèque Hebræicè dicuntur *peradim*, id est,

SERVUS TUUS HOLOCAUSTUM, AUT VICTIMAM DIIS ALIENIS. Sicut qui curati fuerant à Christo, et à corporali morbo liberati, spirituales quoque salutem acceperunt, sic etiam leprosus iste sic est ab illo inveterato morbo liberatus, ut sano corpore acceperit et animæ salutem. Quare statuit non jam sibi amplius cum patriâ religione dissequi Syriorum futurum esse commune. Novas aras dicebat excitandas sibi, et longè alias immolandas esse victimas. Atque adeo cum impij putaret ac sordidam Syriæ pulverem, quem toties calcavissent idololatras, et in quo immania idolorum monstra jampridem fuerant dominata, oravit ab Eliseo sibi ut liceret ex terrâ Israëlitiâ, quam sacram putabat et electam à Deo quondam audierat, tantum secum in Syriam exportare, quantum duorum burdonum justum esset pondus, ut sibi videretur esse non in excoerando Syrorum solo, aut in eo sacrificare, sed in religioso et sacro electi à Deo populi.

VERS. 18. — SI ADORAVERO IN TEMPO REMMON, ADORANTE EO IN EODEM LOCO, UT IGNOSCAT MIHI DOMINUS. Non putabat Naaman fieri posse ut non comitaretur regem ut ante solitus, cum templum iniret Remmon, et illum de more pronus et supplex adoraret. Cum enim ipsius humeris initeretur rex, si ille in terram caderet, aut in genua procumberet, non poterat ipse non inclinari, et speciem saltem edere adorantis et supplicis. In hoc aliquid esse culpæ proutentur ac verè suspicabatur Naaman. Quare id sibi concedi postulat à propheta, et si quid in eo peccatum fuerit, ignosci. Porrò solere reges aliorum humeris inniti, non Syros solum, sed etiam Hebræos, probat ille, qui lib. 4, c. 7, hoc ministerium præstitit regi Joram. Quod item puto aliis vicinis regibus esse commune: sanè fuit feminis præcipuis usitatum, quæ sibi honori esse ducunt, et pulchritudinis partem, esse molles et teneras, ut docuit Esther cap. 15, et in nuptialibus sacris novæ nupte famularum brachiis innitebantur. Sic docet Catullus in nuptiis Julię et Manlii:

Mitte brachiolum teres prætextata puellula.

VERS. 19. — QUI DIXIT EI: VADE IN PAGE. Hæc

divisi, separati, quod divisæ et diversæ à suis genitoribus sint speciei: *parad* enim est dividere, separare. Sensus est, q. d.: Concede ut possim tollere de terrâ tuâ tantum quantum possunt ferre duo burdones, id est, nulli, ut ex eâ quasi sancta erigam in patriâ meâ altare Deo Israel, quem solum verum esse Deum ex hoc miraculo sanationis meæ agnosco, veneror et amo.

(Corn. à Lap.)

verba ejus sunt qui postulata concedit. Quare facultatem ut cum rege simul adoret Remmon videtur concedere, quod omnino non potest, si contra stat divinum præceptum, aut docet in illâ adoratione nullum esse peccatum, quod sanè nemo pius diceret. Quare hic nobis, ut prophetam ab errore et scelere vindicemus, duo explicanda sunt: primum an externa illa ante idolum inclinatio peccatum sit idololatricæ, et cur illa quæ longè abest ab animo, et nihil magis execratur et horret, quàm impensum mutis deorum simulacris obsequium, dicatur adoratio. Nam Naaman dum de inclinatione interrogat, de adoratione videtur intelligendus. Sic enim ait: *Si adoravero in templo Remmon.*

Quod ad priorem partem spectat, certum est, *cadere, incurvari, prosterni*, significare, quod propriè sonat, quod multas ob causas posse fieri ignorat nemo. Procumbit aliquis, ut regi aut patri aut digniori personæ reverentiam exhibeat: procumbit etiam, ut adoret, et alicui honores impendat divinos: in hoc latræ quedam est, id est, nobilior quedam adoratio; quæ uni debetur Deo, quam nullo modo concedit aut probat Eliseus. Alia est incurvatio, seu inclinatio, quæ homines veneratur, et superiores agnoscit, quæ tamen adoratio non est, quia longè est, quæ tale hominibus exhibet obsequium, ut aliquid ibi divinum agnoscat, quod superioribus in templis etiam præstari potest, si aliis in locis illud civilis et politicus cultus exigeret. Ita communiter doctores. Ex his patet quid in Naaman probet atque permittat Eliseus. Solebat rex Syriæ cum incederet, aut se quâcumque de causâ præsterneret, inniti aut manibus aut humeris Naaman; quare necesse erat ut sese Naaman ad regis motum atque habitum accommodaret. Ex quo fiebat ut cum stante staret, cum incedente incederet, et procedente ipse quoque procederet. Quod opus ex naturâ suâ adoratio non est, sed obsequium domino debitum à servo, atque idè nullâ lege prohibendum. Quod si servus omitteret, non inurbanus solum, sed etiam infidelis haberetur. Quod etiam nunc apud Christianos viri pii in templis exhibent principibus, quos de geniculis aliquantur, neque tamen proditæ, aut violatæ pietatis aut fidei à quoquam accusantur.

Cur verò obsequium istud adoratio dicatur, et is dicatur adorare, qui cum procumbente rege procumbit, cum tamen procul abest ut simulacrum adoret, imò cum illud nugas esse

eredat, et hominum inutile signum, explicandum est. Et observandum rebus accommodari nomen ex effectis quæ ex aliquâ causâ plerumque nascuntur, licet causa sit omnino diversa, et interdum maximè contraria. Quomodo Deus, in quem nulla cadit poenitentia, poenitentia adductus esse dicitur Genes. 6, v. 6, quod hominem creasset in terrâ, et lib. 4 Reg. cap. 15, v. 11, quod Sautem regem constituisset, quia mundo aquarum exundatione obruto, et abjecto Sautle signa dedit poenitentis animi; illud enim fecit quod homines, quos facti poenitet, qui illud destruant cum offensione atque irâ, quod ante construxerant. Odise jubemur patrem et matrem, imò et animam nostram, cum tamen illa omnia amare debeamus, quia dum Dominus vocat, illorum ratio habenda non est, neque curandum quid illi exigant ut velint; illa verò que relinquimus, aut quorum vitam aut preces non curamus, ex odio, communi hominum sensu, facere existimamus. Ex quo fit ut dum hæc relinquimus, licet amemus plurimum, odise tamen dicamur aut fastidisse, quia id plerumque odii censetur esse, non amoris opus.

Cum ergo incurvatio aut inclinatio corporis adorationi plerumque serviat, fit ut inclinatio, aut prostratio, quocumque illa fine aut ratione adhibita, adoratio vocetur. Sanè sæpè inclinatio ejusmodi, atque prostratio, cum adoratione conjungitur. Danielis cap. 5, v. 5: *Cadentes adorare statuan auream*; et in Ecclesiâ quotidie audimus illud Psal. 44: *Venite, adoremus, et proclamamus*. Math. c. 4, diabolus utrumque conjunxit. *Omnia, inquit, tibi dabo, si cadens adoraveris me*. Et adorationis nomen sæpius audimus, ubi nullus divinus, aut religiosus honor impenditur. Adorasse dicitur Miphiboseth Davidem, item Thecuana mulier, et Bethsabee: at nemo illorum putabat Davidem Deum, aut divinis prosequeretur, aut dignabatur honoribus. Adorasse dicitur Abraham Gen. 25, v. 7, populum terræ: at qui visiro tanto tantum impingat scelus, ut debitum Deo honorem hominibus deferat? Et quidem verbum *sachath*, pro quo adorare reddit hoc loco Hieronymus, propriè significat incurvare se, aut humiliare, quo modo ipse milites Hieronymus exposuit. Quo modo facit servus ante domini, aut supplex coram eo cujus supplex sollicitat clementiam, aut opem implorat. Quare nihil hic contra religionem petit Naaman, aut concedit Eliseus, cum civilis sit iste, et regi debitus, non divinus cultus.

Quis sit iste Deus Remmon, cujus templum, et sacra obibat rex Syrorum Benadad, obscurum est, neque admodum refert hæc accuratè explorare. Neque, si que sunt conjecturæ, ejusmodi sunt, ut certum aliquid, imò verisimile ostendant. Remmon, si etymologiam consulas, aliquid significat excelsum; quare conjectare aliquis non inscitè posset illum esse, qui sublimem inter reliquos gentilium deos obtinet locum, qualis est Jupiter, aut aliquis alius ex eorum numero qui magni vocantur dñi, aut certè qui templum habet in sublimi loco, aut præcipuè aliquâ religione observatur à Syris. Quid si illa sit dea, quæ Syria dicitur, quia præcipuo loco apud Syros fuit, quæ esse creditur Venus, de qua sub alio nomine à nobis dictum est, lib. 1 Reg. c. 8. Verisimile est Venerem esse, sicut de Dagon eo loco dicebamus. Venerem autem sub utroque sexu ab antiquis expressam diximus eo loco. Et facit ad hæc cogitationem, quod Remmon malum significat punicum; Venerem autem à Damascenis coli, et hortis præesse, ipsa docet aut indicat Venus apud Ovidium lib. 10 Metamor., si modò correctus codex, nam non eodem apud omnes modo, carmina leguntur. Sic autem ibi Venus:

*Est ager indigenæ, Damasannum nomine dicunt,
Telluris Syriæ pars optima: quam mihi prisca
Sacravère senes, templisque accedere dotem
Hanc jussère meis. Medio nitet arbor in arce
Fulca comas.*

Satis longa est, imò plus satis de re tam incertâ et futilli disputatio, quam libenter omissem, nisi viderem hæc levia nonnunquam ab interprete requiri. Et interdum aut concedendum est aliquid, aut ignoscendum curiosorum auribus, qui levia hæc captant, non tam nobilium ingeniorum pabula, quam pretiosi temporis detrimenta.

VERS. 19. — ABIT ERGO AB EO ELECTO TERRÆ TEMPORÈ. Hic locus obscurus est, et multiplex interpretum translatio. Plerique spatium putant esse viæ, quod iam confecerat Naaman, ex quo ab Eliseo recessit, et ubi illum convenit Giezi. Sic omnes fermè recentiores. Paginus: *Et abit ab eo quasi milliæ terræ*. Tigrina, *jugerum agri*. Cajetanus, *prandio terræ*, id est, tanto spatio aberat ab Eliseo, quantum prandio durante conflixit, ut ille interpretatur cum Rab. David. Isidorus, *quasi per stadium terræ*. Septuaginta ipsam Hebraicam vocem reliquerunt, *ἐν ἡσθησθη τῆς γῆς*, quod Latine veritur, *in spatio terræ*. Vox He

braica *est kibath*, quam interpretes variis modis exponunt; Hieronymus à verbo כִּבְתָהּ deductit, atque ideò tempus reddidit *electum*, et explanationis gratià addidit, *tempus*, quæ explicatio omninò nobis probanda atque tenenda est. Sed neque in hujus electi temporis explanatione concors est sententia. Mihi duæ explanationes videntur esse minùs difficiles. Altera est si locorum distantia non per stadia, sed per milliaria, sed per temporum discrimina metiamur. Quod in usu fuisse olim, et nunc etiam alicubi locorum, satis est exploratum. Sic enim dicimus unam civitatem ab alià distare itinere unius diei, seu tridui, aut unius horæ, etc., aut etiam, quod magis ad rem facit, distare uno die, unà horâ, etc., id est, tanto spatio quantum decurri potest uno die, vel horâ. Tempus igitur electum illud esse videtur, quod commodissima temporum, aut locorum mensurat spatia, aut intervalla distinguit. Illud verò videtur accommodatum magis, quod viarum intervalla notissima notat atque secernit; illud verò est quarta, seu tertia pars horæ, seu quadrans, aut triens. Ut enim signa quadam, v. g., lapides, aut columnæ milliaria distinguant, sic etiam tempus in quo ambulandum miliare conficitur, quale est horæ quadrans, aut triens, appellari potest tempus alectum. Ad quam cogitationem facit quòd, ut communis est doctorum sententia, tantum decurri potest sabbatino progressu, quantum sicut apud Romanos, Hebræi lapide, aut alio quodam signo notarunt, ut diximus in nostris Commentariis in Act. Apost. c. 4.

Altera explicatio est in tempore electo, neque temporum significari, neque locorum intervalla, sed tantum opportunitatem. Quasi dicas, tempus illud in quo profectus est Naaman à Syriâ, et quo in Syriam rediit ex Samariâ, fuisse valdè opportunum, quod notatum oportuit, quandoquidem jussus est Naaman homo delicatus et splendidus in flumine lavari, quod tempus si importunum esset, ac frigidum, nimis videretur durum imperium, et medicina gravis. Neque verè dicere potuissent servi, nihil difficile atque insuave ab Eliseo præceptum, si alieno tempore jussisset septies in flumine demergi. Sed illud magis hanc expositionem persuadet, quòd Vulgatus Gen. c. 35,

v. 16, hanc eandem vocem כִּבְתָהּ per vernum tempus, id est, placidum et temperatum explicuit. Et reverà vernum fuit illud tempus, nam paulò antea Lahan ierat ad tendendas oves, ut constat Genes. c. 31, v. 49.

VERS. 20. — DIXITQUE GIEZI PUER VIRI DEI: PEPERCIT DOMINUS MEUS, etc. Quæ reliqua sunt ad finem capituli, satis sunt aperta, neque aliud continent, quàm infidelem servum earum rerum, quas attulerat Syrus captum desiderio petisse Elisei nomine ea munera, quæ dominus oblata liberaliter paulò ante repulerat. Cùmque lobens Syrus obtulisset plura quàm petisset Giezi, idque latere dominum suum existimasset, negavit se abisse quòquam, cui Eliseus prædixit à se perspecta fuisse omnia, neque arguit, quod accepisset, ut suæ familiæ abundè provideret, ita futurum liberum ab illius lepra contagione, quàm à suo corpore princeps ille Syrus deterserat, ut non ipsi, ac deinceps illius posteris, eum leprâ quam è mutatoris vestibus, argentoque contraxerat, æternam ignominiam et feditatem inureret. Nunc observanda pauca.

VERS. 21. — RECTENE SUNT OMNIA? Hoc se modo salutant, qui benè sunt inter se et familiariter affecti. Sic c. precedenti Giezi Elisei nomine dixit Sunamitidi: *Rectene agitur circa te et circa virum tuum?* Neque hoc tempore quoquam est frequentius, quàm in primo congressu post datam acceptamque salutem, amicis à seipsis vicissim sciscitari de valetudine, et de rerum statu. Quod faciunt hoc fermè modo, *satin' salve; seu satin' salvus*. Et hoc frequentissimè, neque minùs frequenter eà utuntur salutationis formâ, quâ usus est Naaman. Nempe, *rectene omnia?* Exempla adducit plurima Brissonius lib. 8 de Formulis; et hoc esse vulgare, et penè legitimum, docuit Donatus ad illud Terentii in Phormione, act. 2, scen. 1: *Satin' omnia ex sententiâ?* ubi hæc verba idem valere dicit quòd illud vulgare, seu quod vulgò dicitur: *Omnia rectè*. (1)

(1) VERS. 24. — CUMQUE VENISSET JAM VESPERI, etc.; pecuniam accepit, atque in domo suâ condidit. Hebræa vox sonat *editum locum*: cùm pervenisset ad editum quemdam locum, accepit ex eorum manibus pecuniam. Septuaginta, Syriacus, Arabis, et S. Hieronymus aliter ac nos Hebræum legisse videntur. Reddunt enim omnes: *Cum venisset jam vesperi*. Animadvertendum est tamen, Naamanum longius adhuc non recessisse à Samariâ, cùm Giezi post illum currens pecuniam postulavit. Adde, vix credibile esse, Naamanum iter suscepisse inclinatum jam in noctem die. Denique neque Giezi remisisset famulos Naamani in pedibus nocti

VERS. 27. — SED ET LEPROSA NAAMAN ADHEREBIT TIBI, ET SEMINI TUI USQUE IN SEMPTERNUM. Magno stetit Giezi alieno nomine pro re quodammodo sacrâ, id est, pro restitutâ sanitatè di-

tenebis; imò et permisit, ut ascenderent collem, cui Samaria insidebat: sed è re suâ esse non censuit, ut ingredi in urbem patreteretur, ne subortâ apud quempiam rei gestæ suspitione, rumor ad Eliseum deferretur.

(Calmet.)

VERS. 26. — NONNE COR MEUM IN PRÆSENTI (PRÆSENS) ERAT QUANDO REVERSUS EST HOMO (NAAMAN) DE CERRU SIO IN OCCURSUM TIBI? Cor, id est, mens et oculi mentis meæ à Deo supernaturaliter elevati et adjuvi fuere, ut absentem et remotam tuam munera à Naaman acceptationem, quasi præsentem cognoscerent et cererent; q. d.: Putabas me absentem, cùm munera petisti; at ego spiritu tibi præsens eram; mentis enim intuitu vidi omnia quæ fecisti. Multò ergo magis, ait S. August. lib. 22 Civit. 19, sancti in cælis absentia ei remota quæ in terrâ sunt, cerere possunt. Simili modo S. Benedictus vidit absentia multa, ut narrat S. Gregor. 2 dial. cap. 13, 18, 19, unde addit S. Gregor., eum habuisse spiritum Elisei.

ACCEPTISTI ARGENTUM, etc., UT EMAS OLIVETA ET VINEAS, ET OVES, ET BOVES, ET SERVOS, ET ANCELLAS. Talentum argenti continebat sex millia siclorum argenti, hoc est, sex millia florenorum Brasiliensium sive francorum, ut vocant Galli; quare duo talenta quæ accepit Giezi valebant duodecim millibus francorum, quæ faciunt quatuor millia coronatorum francicorum: quorum quisque continet duodecim julios sive regales; hæc summâ autem illo ævo, cùm omnia essent vili pretio, ac rarum foret argentum, poterant emi hæc omnia. Alii disjunctivè explicant, q. d.: Ut emas vel oliveta, vel vineas, vel oves et boves. Hinc videtur quòd Eliseus munera hæc sibi à Naaman per Giezi missa, ipsi Giezi concesserit et dederit, ne ipse injustè ea possidens continuè peccaret.

(Corn. à Lap.)

Elisee répondit à Giezi: *Mon cœur n'était-il pas présent avec vous, lorsque cet homme est descendu de son chariot pour aller au-devant de vous? Maintenant donc vous avez reçu de l'argent et des habits, etc. Mais, en récompense, la lepre de Naaman s'attachera à vous et à toute votre race pour jamais.* Saint Augustin, admirant cette parole d'Elisee, qui témoignait à Giezi que son cœur était présent avec lui, lorsqu'il exigeait des présents de Naaman, quoiqu'il en fût éloigné de corps, dit que cette vue spirituelle du prophète, qui était en lui un effet de la lumière que Dieu répandait d'une manière miraculeuse au fond de son cœur, nous fait connaître que les saints étant dépourvus de ce corps mortel, verront sans comparaison encore plus clairement toutes choses avec les yeux de l'esprit, puisque la lumière des plus grands prophètes en cette vie étant comparée à celle des saints en l'autre monde, ne peut être regardée que comme l'état de l'enfance à l'égard de l'âge d'un homme parfait. Mais saint Ambroise considérant le parfait désintéressement de ce saint prophète, représente sa conduite comme un

vinitus, accepisse munera, eaque amplissima, quæ retinere sibi nullo modo poterat, quæ sapienter et sanctè repudiavit Eliseus. Ubi duo alia peccata insuper addidit, tum menda-

modèle de la charité toute pure des ministres du Seigneur dans la dispensation de ses dons célestes, et celle de Giezi son serviteur, comme un exemple des effets funestes que produit la cupidité dans le cœur des hommes. « Elisee, dit-il, donna une preuve de sa foi, en refusant les présents qu'on lui offrait. Apprenez donc, et du précepte du Seigneur, et de l'exemple du prophète, à donner gratuitement ce que vous avez reçu gratuitement, et à ne pas vendre les sacrés mystères, mais à les offrir; car la grâce de Dieu ne se prise point pour de l'argent, et dans la dispensation des sacrements, le ministre n'y doit point chercher son intérêt, mais faire paraître sa fidélité. Et ce n'est pas néanmoins assez que vous ne recherchiez point le gain vous-même; il faut encore que vous ayez soin de conserver pures les mains de vos domestiques. Instruisez donc votre famille, exhortez-la, et veillez sur elle. Que s'il arrive en cela que quelqu'un de vos serviteurs vous trompe, suivez l'exemple du saint prophète, en le rejetant aussitôt que vous l'aurez découvert. La lepre suit promptement un gain honteux, et un argent mal acquis rend impur en même temps le corps et l'âme. Vous avez reçu de l'argent, dit Elisee à Giezi; c'est pourquoi la lepre de Naaman s'attachera à vous et à toute votre race pour jamais. Il parait d'abord de la dureté dans cette sentence du prophète, par laquelle toute la race de Giezi est condamnée pour jamais à cause de sa cupidité, à moins que nous n'entendions plutôt par sa race les héritiers de ses vices, que ses enfants selon la chair; de même que Jésus-Christ a dit des Juifs qu'ils étaient enfants du diable, non par une succession charnelle, mais par une imitation de ses crimes. Ainsi, toutes les personnes avares et remplies de cupidité deviennent les héritiers de sa lepre, en même temps que de ses richesses mal acquises, qui sont pour elles plutôt un trésor de crimes que de vraies richesses. Ergo omnes cupidi, omnes avari, Giezi lepram cum divitiis suis possident; et malè quæsitâ mercede non tam patrimonium facultatum, quàm thesaurum criminum congruunt. » Ce qu'il y a d'étonnant dans l'exemple de Giezi, c'est qu'il était tous les jours témoin de la vie tout angélique d'un si saint prophète, et qu'il avait le bonheur d'être instruit à tous moments autant par l'exemple que par les paroles de l'héritier de toutes les grâces et du double esprit du grand Elie. Mais, puisqu'on a vu depuis un Judas dans la compagnie de Jésus-Christ même, on ne doit point être si surpris de voir que ce serviteur d'Elisee ait été avare et menteur. Dieu permet ces sortes d'exemples pour étonner salutairement ses vrais serviteurs, et pour leur faire comprendre la vérité de cette parole de Jésus-Christ, que dans son royaume, plusieurs de ceux qui paraissent les premiers, seront les derniers, et plusieurs de ceux que l'on regardait comme

cum in re non levi, tum prophætico nomini inusta labes, quam omnis studio atque labore exurere vellent, imò et debent qui sacram aliquam operam, neque natura debitam impendunt. Gloriosum fuit Eliseo, sicut etiam viris apostolicis, qui causam agunt Evangelii, puras servasse manus à muneribus: imò hoc maximè testatus est verum se esse prophetam, qui non lucrum querit ex vaticiniis, aut ex spiritu virtuteque quam à Domino supra naturæ facultatem accipit. Alii enim, qui se prophetas venditant, sive illi sint ex Israëlité gente, sive à gentili populo, venalem habent prophetalem operam, et addictum mercedi vaticinium, quasi quodlibet aliud questuarium artificium. Quare cum Elisei nomine aliquod quasi lucrum exigit à Syro Giezi, ostendit aut prophetam esse gentilem, aut ex Israëlité populo pseudopropheta, atque idèò tantum honoris detrahit Eliseo accipiendo receptæ sanitatis pretium, quantum illud repudiando, conciliârat Eliseus. Eo penè nomine sæpè ac graviter accusantur pseudopropheta, et sacrilegi coarguantur mendacii, quòd mercedem accipiunt venalis linguæ, et artem insinuant ex eo, quem ipsi allatum appellant divinum, questuarium. Sic sanè de illis Ezechiel c. 22, v. 15: *Conjuratio prophetarum in medio ejus, sicut leo rugiens, raptisque prædâ, animas devoraverunt, opes et pretium acceperunt*. Michæas cap. 5, vers. 51: *Principes ejus in muneribus judicabant, et sacerdotes ejus in mercede docebant, et propheta ejus in pecuniâ divinabant*. Quocirca credo curâsse prophetam, quamprimùm ut Syrus intelligeret, infidelis et avari servi illam fuisse calliditatem, non ipsius mandatum, ne qui de Israëlité regione

les derniers, deviendront enfin les premiers. Naaman et Giezi en sont des preuves très-éclatantes, puisqu'en même temps que Dieu va choisir dans un royaume étranger un grand seigneur et un général d'armée, pour le retirer de l'idolâtrie, en l'éclairant par la lumière de la foi, on voit le serviteur du plus saint prophète qui fut alors, retomber dans une espèce d'idolâtrie, qui est l'avarice, selon que saint Paul l'a nommée lui-même. Cette lèpre corporelle, dont il fut puni, n'était que l'ombre et la figure de la lèpre intérieure qui défigurait son âme aux yeux de Dieu. Et si ceux qui imitent sa cupidité ne sont pas frappés extérieurement de cette plaie si sensible à l'homme, ils ne laissent pas, comme le dit saint Ambroise, d'être de véritables lépreux devant celui qui s'est contenté de faire voir une fois en la personne de Giezi combien il avait horreur d'une disposition si criminelle. (Sacy.)

benè sentire cooperat, propter avaritiam servi, minùs deinceps religiosè sentiret.

Quemadmodum qui vestem ab illo ferunt, aut emunt, cum pestis infect, cum vestibus pestem quoque secum domum referunt, quæ illos aut extinguit, aut fedè periculosèque contaminat: sic acceptum à leproso Syro argentum et vestes, quasi totam illam pesilentem luem imbibissent, illam in infidèle mendacis servi corpus importârunt. Neque alius est usus earum rerum quas homo, aut fraude, aut vi, aut malis denique rationibus acquisivit. In quem cecinit illud perquam verè et graviter Habacuc, c. 2: *Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ! Vide quæ nos ad illum locum. Sunt dona quædam quæ videntur magno furtura usui his quibus mittuntur, quæ cum sint in speciem officii plena, et ad commoditates maximas opportuna, sunt reverà venenata quædam tela, quæ ab hostili vibrata manû viscera confodiunt, quæ vulgari proverbio ἀδρα δόξα nominantur: qualis, ut est in fabulis, vestis ad novam nuptiam à Medæa missa, quæ genialis domus tota conflagravit, aut tunica centauri delibuta sanguine, quæ à Dejanirâ dono data Herculi, illum horribili consumpsit incendio. Erant, credo, vestes illæ splendidæ, et quæ regis deceret nuptias; sed quia veneno aut maleficiis infectæ, perniciem attulerunt et mortem. Tale ego video fuisse munus à Naaman extortum callido consilio, et astu planè veteratorio, quod licet splendidum, à peccato tamen infectum avaritiæ, et possessorem primum, et ejus progeniem postea æternâ maculavit infamiâ.*

Querit Abul. q. 43, an tota posteritas Giezi lepram à parente in sempiternum contraxerit, et tandem eò inclinât, ut judicet labem illam in Giezi posteritate, non fuisse perpetuam, tum quia parentum peccata non dicitur luitura progenies, nisi ad quartam generationem, Exod. 54, v. 7, et Num. 14, v. 18; deinde, quia æternam, sempiternam, et similia, secundum sacrarum litterarum idiomata, non semper significant id quod principium nullum habuit, et eâ ratione montes appellantur æterni, aut quod nullum finem est habiturum, sed quod diuturnum futurum est. Sic Genes. 17, v. 18, dicit Deus ad Abraham: *Dabo tibi et semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam; et tamen jampridem Abraham filii ab eâ possessione exciderunt*. Ezechiel cap. 26, de Tyro: *Non invenieris ultra in sempiternum; et tamen illud sempiternum se-*

ptuaginta annorum spatium tantum significat, ut explicuit Isai., c. 23: *In oblivione eris, ô Tyre, septuaginta annis*. Et quidem reedificatam esse Tyrum satis constat, cum postquam excisa fuit à Nabuchodonosore, iterùm ab Alexandro subversa est. Sic ergo verisimile est sustinuisse diu Giezi filios parentis ignominiam, ad quartam fortassè generationem, non in perpetuum, imò illos fortassè pertulisse tantum, ad quos illa pervenere aut eorum fructus, quæ Giezi pater pernicioso mendacio extorsit à Syro, sicut de auro Tolosano, et Sejano equo sive verè, sive fabulosè narrat antiquitas.

ET EGRESSUS EST AB EO LEPROSUS QUASI NIX. Hoc non tam precatu est propheta, ut accideret infideli servo, quam eventurum prædixit. Sciebat enim quid decrevisset Deus in illius caput. Statim autem respersus fuit leprâ, illaque non vulgari, sed omnium, ut apparet, maximâ, ad aspectum deformi, ad dolorem acerbâ, ita ut sic incanderet repente, ac si nive fuisset conspersus. Quod genus lepræ fuerit (nam variâ esse genera tradunt medici) non constat; fuisse tamen illud, quæ laborabat Syrus, penè certum est, quia illud indicant propheticæ minæ. Illud autem fuisse odiosum omnibus, et ipsi Giezi maximè ad dolorem grave, et denique curatu difficillimum, ex eo mihi persuaideo, quia vir usque adeo potens, quique

CAPUT VI.

1. Dixerunt autem filii prophetarum ad Eliseum: Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis;

2. Eamus usque ad Jordanem, et tollant singuli de sylvâ materias singulas, ut ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite.

3. Et ait unus ex illis: Veni ergo et tu cum servis tuis. Respondit: Ego veniam.

4. Et abiit cum eis. Cùmque venissent ad Jordanem, cædebant ligna.

5. Accidit autem ut, cùm unus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam; exclamavitque ille, et ait: Heu, heu, heu! domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam.

6. Dixit autem homo Dei: Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Præcidit ergo lignum, et misit illic: natavitque ferrum.

7. Et ait: Tolle. Qui extendit manum, et tulit illud.

nullum omisisset, ut credibile est, curationis genus, liberari tamen ab eo ullâ humanâ industriâ, aut medicinâ non potuit. Quam porrò gravis fuerit morbus, ex eo facillè quis persuadere sibi poterit, quòd restituta sanitas fecit ut patriam reliquerit religionem, et antiqua sacra; quòd multa polliceretur Eliseo hilari animo, et postea servo tam liberali manu porrexit. Laboravit itaque Giezi morbo gravi et fedo, in quo fortassè curando, licet irritò labore ac sumptu, multa consumpsit eorum quæ acceperat à Syro, et juxta ea quæ habes Levitic. c. 15, v. 45: habuit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contactum, contaminatione et sordidum se clamavit, et extra civitatem et hominum cætum solus habitavit. Hic fuit pecunie sacrilegæ et peccati legitimus fructus, ut neque suis uteretur opibus honestè et commode, et omnibus esset odiosus, vilis, execrabilis. Neque unquam arbitrator ad Eliseum rediisse, quod putat Abul. q. 40. Neque enim ille admisisset leprosum, contra id quod cautum esset lege. Neque amplius quicquam audimus de Giezi, nisi statim cap. 8, ubi tamen non erat cum Eliseo, et cap. sequenti minister Elisei non videtur fuisse Giezi, sed alius ætate minor, quique non videbatur satis nôsse quam à Deo propheta virtutem accepisset.

CHAPITRE VI.

1. Un jour les enfans des prophètes dirent à Elisée: Vous voyez que ce lieu-ci où nous demeurons avec vous est trop petit pour nous;

2. Permettez-nous d'aller jusqu'au Jourdain, afin que chacun de nous prenne du bois de la forêt, et que nous nous bâtions là une demeure pour nous y retirer. Elisée leur répondit: Allez.

3. L'un d'eux lui dit: Venez donc aussi vous-même avec vos serviteurs. Il lui répondit: J'irai.

4. Et il s'en alla avec eux. Lorsqu'ils furent venus jusqu'au Jourdain, ils commencèrent à couper du bois.

5. Mais il arriva que comme l'un d'eux abattait un arbre, le fer de sa cognée tomba dans l'eau; il s'écria, et dit à Elisée: Hélas! mon seigneur, hélas! j'avais emprunté cette cognée.

6. L'homme de Dieu lui dit: Oh! le fer est-il tombé? Il lui montra l'endroit. Elisée coupa donc un morceau de bois, et le jeta au même endroit; et le fer nagea sur l'eau.